

Wk. 280. 27.12

Z f  
5590

X 2121549



N V P T I I S  
 G E N E R E, V I R T U T E,  
 D O C T R I N A C O N S P I C U I I V V E N I S  
 D n : M e l c h i o r i s W i n c k l e r i,  
 v i r i a m p l i s s i m i s p e c t a t i s s i m i q u e, D n : P a u l i  
 V V i n c k l e r i p. m. R e i p : E u d i s s : S e n a t o r i s  
 o l i m c o m m e n d a t i s s i m i f i l i j, s p o n s i:  
 c o n t r a c t i s c u m

L E C T I S S I M A  
 H O N E S T I S S I M A Q U E V I R G I N E  
 U R S U L A:  
 v i r i s p e c t a t i s s i m i D n : G r e g o r i j V V o l f j  
 p. m. c i v i s B u d i s s : o l i m p r i -  
 m a r i j f i l i a:  
 D i e 2. D e c e m b r : a n n i a C h r i s t o n a t o

1 6 0 2.  
gratulantur.

Affines & amici.

B V D I S S I N A E



BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines within a rectangular border.



  
**N**

I.

NON est vita solo sub sole beatior ulla  
Quam, verè, socii, vita beata, tori.  
Vna hæc exuperat cunctas longo ordine vitas,  
Exigit innumeras quas hominum numerus.  
Hans DEus instituit, flammæ huic iunxit amoris,  
Addidit & risus, gaudia, mille iocos.  
Et licet infestet crux hanc quoq; acerba: Iehovæ  
Non tamen hoc fortè est nomine grata minus.  
Nam gravat ut relevet, si quos DEus urget in illa,  
Ut consoletur, suscitet utq; fidem.  
Cætera prætereo, quæ vestra ususq; diesq;  
Erudiet, iuvenum, pectora Sponse decus.  
Votis claudo piis: vestro bona cuncta precatus  
Connubio: multum nam pia vota valent.  
Vivite concordés, ceu vites crescite: vobis  
Sic mens una, unum pectus, & unus amor.  
Vivite materiaq; novem vel mensibus actis,  
Carminis affines exhilarate novi.

M. Zacharias Biccus

Sch: Bud: Rector.

A 2

Non



**N**on ratio nubendi eadem est: non una voluntas:  
 Ditat anus alter, consulit ille striges.  
 Effingit fraudes alter, coëmitq; nefandis  
 Aere gravi fretus, perfida vota modis.  
 Patronos auvo parat hic, parat ille favore,  
 Qui vi qui ludant scommate, quiq; minis.  
 Exercet miseras iniuria salsa puellas:  
 At vindicta tibi cum prece, Ihova, datur.  
 Quid sit? strix & anus æterna labe notantur:  
 Autorum infamant impia vota suum.  
 Ars artem eludit maior, nexæq; patefcunt.  
 Fraudes: hinc tacitis pæna venit pedibus.  
 Quid miser? an nescis, fieri connubia fato?  
 Non strix, sed DEs est qui duo corda ligat.  
 Huic qui conatus primos committit, & audet  
 Legitimè sponsam poscere, nempe capit.  
 Nil strix nec anus, nil vota coëmpta resistunt:  
 Nil vis, aduersum aut scomma minæve valent.  
 Res patet: exemplum præstò est: tibi ducitur uxor:  
 Non strige sed prece quæ, sponse, parata venit.  
 Murmuret aut crepitet fraudum confutor amænus!  
 Tu tibi, quam voluit Ihova, beatus habe.

Quæ

Quæ tibi, ceu prodit gestus, ceu lingua modesta,  
Inviectusq; labor, tempora læta dabit.  
Is demum felix, cui fuci nube remota  
Simplicia erecti pectoris acta placent.  
Forma fugit, fucus decedit: Larva deinde  
In vacua superest litigiosa domo.

M. Andreas Wolfius  
Budis: scholæ Pro-  
rector.



III.

Autor coniugii, thalami bene vertat & ornet,  
Principium, Finem, dirigat & Medium:  
Qui DEUS est vitæ, vobis det vivere sponsis,  
Det precor ut vobis prolificumq; torum:  
Hæc tibi nota precor semper pie sponse, quid ultra  
V R S V L A det dulcis, basia mille tibi.

Simon Rattenbergk  
Resumptor Collegii  
quod est Stetini.

IIII.  
AUCUPIVM ET  
VENATIO.

**I**Nstat hyems, hyemis nunc rite fruamur amici  
Tempore, ut autumnos sint & sua commoda brumæ.  
Delectent alios alia : aucupium mihi gratum.  
Exeo captatum volucres : mea fistula cantat,  
Dulces finge sonos, bis, terve, quaterve refinge.  
Quò bene pergat opus, volucris numerosa prematur.  
Ecce mihi castus capitur cum coniuge turtur,  
Aucupium cepto felix, omeng, secundum.  
Sed capere insistens venantum specto cateruam,  
Cum senibus iuvenes simul in nemus ire parantes,  
Retia rara tenent, lato & venabula ferro,  
Quos sequitur multus sonipes, & odora canum vis.  
His volucres arcentur agris, frustra, relinquo  
Tentatum, iratusq, meum nox colligo rete.  
Venari incipiunt, lepores capiuntur, aprig,  
Virvaces canibus cervi retinentur, & ursi.  
Iam saturis prædâ, duro fessiq, labore  
Offertur vallis cuproq, celebris, & auro.  
Cuius in extremis antrum spectatur amœnum,  
E regione leni & fluxu sonat unda canalis.

Quò postquam subiere, gradum sistunt, & inire  
Submetuens audet nullus, notum quia famam  
Sit specus illa lupis multos habitata per annos.  
Ante alios iuvenis formam pulcherrimus omnes  
Purpuream cuius necessebat fibula vestem  
Aurea, mox antrum repetit, mox vibrat & hastam.  
Quem bene perlustrans fatis cessasse videbat  
Grandævum patrem, Lupa at antrum sola tenebat,  
Cuius in amplexu (mirum) valida ursula iacebat.  
Obstupuit novitate rei, mox vincere tentans  
Subdubius feriatne Lupam modo primus, an ursam.

Multa quid? ex pharetra telum dum sumit acutum  
Occurrebat ei sponte Ursula, Lupamque debebat  
Secum, quam subito capit, ex antroque reducit.  
Quem socii laudant, regemque ducemque salutant,  
Inde domum lati ducunt, prædamque petitam  
Queque suam donat victori, & grata precatur,  
Ut modo parva illi mansuescat præda, feratque  
Quem multos catulos, numero qui sidera complent.

Hæc ita dum specto, sequor hos, captumque reporto  
Victori, & ceptis precor ut sint fata secunda.

M. Christoph: Breslerus, Bud:  
Scholæ in Patria Collega.



Qk. 280. 27.12




N V P T  
GENERE, V  
DOCTRINA CONSP  
Dn : Melchioris  
viri amplissimi spectatiss  
V Vinckleri p. m. Reip:  
olim commendatiss  
contractis c

LECTIS  
HONESTISSIMA Q  
URSU  
viri spectatissimi Dn.  
p. m. civis Budij  
marij filia  
Die 2. Decembr : ann

1 6 c  
gratulan  
Affines &

BVDISS



121549

